

Stephanus Galdeti

⟨*Notae*⟩

Editor: Alexander Baumgarten

*work in progress*  
09.10.2024

Manuscripts:

*P1* Paris, BnF lat. 16408

*P2* Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

## ⟨Notae⟩

P1 120r,  
P2 182r

|| Hoc modicum de actibus humanis respectu Dei seu divini cultus

Hic tamen nota quod non solum actus predicti dicuntur cultus Dei, puta Deum laudare vocaliter etc., ymmo recte vivere dicitur magis Dei cultus, unde Christus, in *Evangelio*: *non omnis qui dicit ‘Domine, Domine’ intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris* etc. Etiam mentalis contemplatio divine bonitatis, perfectionis et operum eius, ut ab ipso procedunt et eius inducant excellentiam et dignitatem magis est cultus Dei quam quaecumque alia operatio et magis assimilatur cultui beatifico consummato et finali. De hoc aliquantulum in *Sermone de assumptione Beate Marie* etc. Hoc satis testatur Salvator in *Evangelio* de Maria et Marta, unde ait *Maria optimam partem elegit, que non auferetur, sed perficietur*, supple et nota AUGUSTINUM in sermone de hoc in octavis assumptionis.

Orationes ecclesiastice ad Deum porrecte sunt quedam confessiones etiam recognitiones insufficientie et in positione humani liberi arbitrii ad bonum recte vite et meriti, et per consequens multo fortius premii et necessitatis et principalitatis divini auxilii contra positionem superbi PELAGII. Et hoc totus decursus collectarum et ecclesiastici officii et cultus verbalis et mentalis protestatur, ut patet intuenti. *Deus, a quo cuncta bona procedunt actiones nostras, quesumus Domine* etc.

|| De orationibus factis ad sanctos ut orent pro nobis cum ipsi omnino conformes divine voluntati ab eis scite maxime de dampnandis et salvandis, nec velint salutem dampnandorum iuxta illud *letabitur iustus cum videris vindictam*. Omnino dicendum, sicut de orationibus immediate directis ad Deum, quod ex audito divina precedat humanam orationem notatur in Ps., cum dicitur *invocabo te quoniam exaudisti me*, et sic est quedam optatio effectus divine exauditionis.

Item non solum mentaliter loqui || seu contemplari ac vocaliter aut recte vivere morale creature rationalis, ymmo omne vivere perfecte vel recte perfectionali naturali, ymmo omne bene esse, ymmo omne positivum esse est Deum laudare et sola non esse et privationes deformes moraliter sunt non laudes Dei.

P1 120v

P2 182v

---

5 Christus] *sup. lin. P1*    7 divine] voluntatis *add. sed del. P2*    9 quam quaecumque] quancumque *P2*    17 premii] *p. c. P2*    21 etc.] *verte folium add. in marg. P1*    22–28 de orationibus factis — exauditionis] *in marg. inf. P1*  
28 me] *sup. lin. P1*    29 solum] *oc add. sed del. P1*    32 laudare] unde *add. sed del. P1*    33 non] *lu add. sed del. P2*

Unde AUGUSTINUS, in sermone quodam de martiribus, qui incipit  
 “in omnibus *Scripturis*, fratres carissimi, Christianorum tempora  
 predicta sunt”, ait, “omnia quaecumque fecit Deus laudant Deum auditis  
 in benedictionibus audistis, in omni solempnitate, quando leguntur,  
 5 quoniam omnia laudant Deum: celestia, terestria, angeli, homines,  
 luminaria celi, arbores terre, flumina, maria, quidquid Deus creavit  
 sive in celo sive in terra sive in mari, omnia laudant Deum”. Et sequitur:  
 “numquid aliquando ibi audistis quia laudat Deum luxuria, avaritia,  
 ebrietas, numquid aliquando ibi audistis quia laudat Deum heresis etc.?  
 10 Omnia ista quare non laudant Deum, quia non sunt creata a Deo”.  
 Ex hiis etc. Nam omne positive esse, vivere etc. moveri, agere etc. est  
 conforme divine voluntati beneplaciti efficacis atque iusti, quod est  
 regula omnis iustitiae etc. ut alibi.

Premissis aliquibus punctis Dei auxilio speciali ac preventionem sit de  
 15 quantitate, an scilicet sit infinite agere de qualitate, etiam an sit intensius  
 vel multiplicius agere, an necessitet auxiliatum, aut etiam destitutum,  
 et sic de similibus que occurrent descendendi poterit ad materias morales et  
 practicas de humanis actibus ac Dei cultu bonitate, malitia, rectitudine  
 et deformitate a regulis etc. contra PELAGIUM ac pelagianos, quales  
 20 pene omnes sunt, ut alibi.

De habitudinibus divinis ad creaturas possibilibus, scilicet  
 perfectionalibus, causalibus, etc. contra RIPAM, de accidentalibus  
 velle vel nolle contra BRADWARDINUM, et generaliter de altioribus  
 et fortioribus materiis que infra terminum occurrent fiat mentio  
 25 compendiosa continens totam rerum naturalem seriem et moralem  
 ordinem atque includatur omnis potestas artis et scientie in genere  
 GUILLELMUS PARISIENSIS et libellus qui incipit “Vere sapientie acquisito”  
 et si qui similes sint.

|| Tactis conditionibus divine voluntatis aliquibus, puta de eius  
 30 inflexibilitate speculative. Ex hiis potest descendendi ad moralia aliqua et  
 practica, ut patet supra. Ad orationes recte factas, scilicet quod non sunt  
 nisi pro salvandis et pro illis sunt regratiationes eterni divini propositi  
 et optationes sui effectus.

Et iterum ex eadem radice de suffragiis ecclesie potest descendendi ad

---

1 quodam] *sup. lin. P1*      7 sive<sup>1</sup>] *om. P2*      8–9 avaritia ebrietas]  
*sup. lin. P1*      11 nam] talis *add. sed del. P1*      12 voluntati] *bn add. sed*  
*del. P2*      efficacis atque] *sup. lin. P1*      15 quantitate] *ai add. sed del. P2*  
16 agere] *ai add. sed del. P2*      25 totam] *p. c. P1*      28 sint] *etc. add. P2*  
30 speculative] *sup. lin. P1*      ex hiis] *ex qua a. c. P1*      30–31 ad — practica]  
*in marg. P1*      31 ut] *om. P2*

hoc quod esto quod non fiant huiusmodi recta suffragia nihilominus pro quo orari debuit sortitur effectum sue salutis, quia solum pro consecutivo salutem orari debuit, ut scilicet consequeretur modo et forma quo Deus sibi proposuit dare. Patet satis in illa oratione “Deus qui virorum” etc.

5 Ex quo ulterius patet quod obligatus ad huiusmodi suffragia pro defunctis non illis, sed soli sibi nocet. Ulterius patet ex independentia divine voluntatis et principalitate ex qua patet quod effectus divine voluntatis non sunt positi in contingentia creature libere, puta salus alicuius predestinati vel expeditio eius celerior vel tardior a penis.

10 Ulterius ex huiusmodi principalitate divine voluntatis, qua scilicet omnia ut principalis divina, independens ab aliis omnia liberrime administrat et disponit, sequitur quod huius suffragia non valent nisi quibus et quantum et qualiter Deus vult illis valere et ad tantum effectum salutis etc. Patet, nam gratissime salvat eterno gratuito proposito, non  
15 motus ab aliquo contingenti actu creature, ut supra.

Et patet hoc ex communi dicto quod tangitur in illo sermone “inter tempus nativitatis” etc. Nam, ut dicunt doctores catholici, huiusmodi suffragia valent illis qui meruerunt in hac vita, ut eis valerent et tantum valent quantum meruerunt ut eis valerent. Et cum ulterius huius meritum  
20 ac eius quantitas originentur a divino beneplacito, sequitur quod a priori quantitas valoris huius attendatur penes divinum beneplacitum et propositum. Deductio satis patet.

Ex hoc ulterius patet unum supradictum, scilicet quod ex defectu vivorum nihil detrahitur mortuis qui sic meruerunt iuari, cum meruerint effectum talium suffragiorum ex inimpedibili divino beneplacito, ut supra  
25 tactum est.

Quod huius orationes || rite facte non solum sunt regratiationes eterni divini propositi et optationes sui temporalis effectus, ymmo recte sint petitiones divini velle respectu talis effectus. Potest apparere ex eo  
30 quod, quamvis divinum propositum sit omnino immutabile, tamen est contingenter propositum de tali effectu et potest non esse nec unquam fuisse propositum de hoc, ideo recte patitur ne non sit propositum de hoc. Considera si hoc sit dictum probabiliter.

Sed contra istam ymaginationem, nam si propter huius contingentiam  
35 divini velle esset taliter orandum, pariter propter possibilitatem oppositi

P2 183v

---

**3** quo] *p. c. P2*      **6** nocet] et hoc *add. sed del. P1*      **13** qualiter] equaliter  
*P2*      **16** et] *om. P2*      dicto] supra et *add. sed del. P1*      **29** velle] *p add.*  
*sed del. P1*      **30** omnino] imputabile *add. sed del. P2*      **32** ne] de sit *P1*  
non] *om. P2*      **34** huius] *t add. sed del. P2*

posset illud optari et pro ipso orari, ut videtur. Sed hoc non, propter supratacta ‘Deus qui vivorum, Deus cui numquam sine spe misericordie’ et propter AUGUSTINUM dicentem quod “si ecclesia sciret de aliquo” etc.

5 Sed forte posset negari consequentia orandum est pro Dei velle, ut sit de A, quia potest non esse de A, ergo potest orari, ut sit de opposito, quia potest esse de A, nec habet apparentiam ex forma. Alias de evidentiis et fide aliquid simile.

10 Quod autem orandum sit non obstante pro divino eterno proposito quod eius effectus eveniat. Patet tali colere, nam si Deus per impossibile esset mutabilis in suo velle, ut homo, tunc rite posset orari ut huiusmodi effectus poneretur in esse et eius propositum duraret. Sed nichil minus nunc huiusmodi effectus potest non evenire et huius propositum Dei circa illud numquam fuisse, igitur.

15 Sed contra: quia tunc talis oraret propter dubium omnino eventus istius, sed eventus sui oppositi, hoc autem non est sibi licitum, sicut patet de resurrectione mortuorum et similibus et forte quod hec ratio non concludit || quod propter contingentiam divini velle ad extra sit orandum, etiam pro aliquo de quo est certum quod est a Deo volitum. Patet ex usu ecclesie, quamvis enim certa sit ex revelatione Christi quod  
20 non deficiet fides eius iuxta illud *Petre, ego oravi pro te, ut non deficiat fides tua*, de quo ulterius certum est per Apostolum quod *ipse fuit exauditus pro sua reverentia*. Et tamen non obstante ista certitudine ecclesia pro illo iam optento a Christo orat, ut patet in illa colecta custodi quesumus Domine ecclesiam tuam propitiative perpetua et quia  
25 sine te labitur humana || mortalitas tuis semper auxiliis abstrahatur a noxiis et ad salutarium dirigatur et iterum in illa ecclesiam tuam quesumus Domine miseratio conterminata respondet et muniat et, quia sine te non potest salva consistere, tuo semper munere gubernetur.

P1 121v

P2 184r

Ex hoc infero corrolarie quod concedendum est ecclesiam posse errare. Patet dupliciter. Primo quia, ut dicitur in *Collectis*, ipsa erraret nisi divinitus iuvaretur. Iuvatur autem a Deo contingenter et libere, aliter Deus ex sua promissione vel aliunde necessitaretur ad extra agere, quod non videtur concedendum.

Ex alio patet, quia ista consequentia est bona: ‘Deus non auxiliatur

---

5 quia — A<sup>2</sup>] *sup. lin. P1*      8 non obstante] *sup. lin. P1*      pro] *om.*  
P2      9 per impossibile] *sup. lin. P1*      11 minus] *habetur add. sed del. P2*  
12 non] Dei P2      et] eius p *add. sed del. P2*      17 non] *om. P2*      quod]  
*om. P2*      20 pro] *om. P1*      22 tamen] *est add. sed del. P2*      27 miseratio]  
conterminabit *add. sed del. P2*      28 consistere] *tuis add. sed del. P1*

ecclesie, igitur ipsa errat', nam ubi supra dicitur *et quia sine te non potest salva consistere* etc. Sed antecedens est contingens et possibile, igitur consequens non est impossibile, sed contingens et possibile.

Ex alio patet, quia, si in ecclesia non esset contingentia ad errorem, ymmo necessitas absoluta ad rectam fidem, frustra oraret ecclesia, ymmo fatue, ymmo eque fatue, sicut si oraret quod Deus esset. Ulterius tamen, ut alibi tangitur, licet possit errare vel licet ecclesiam sit possibile errare, ponitur divine desertionis, sicut de facto est de synagoga de qua prophetice dictum fuit *auferentes sepem eius et erit in direptionem*. Non tamen est possibilitas quin verum sit ecclesiam recte credere in aliqua creatura. Esto enim quod demonstrata quacumque creatura humana ipsa contingenter et libere recte credat et possit non recte credere et errare, tamen non est inde possibile ut nulla ecclesia recte credat, nam si ex sua libertate quaecumque persona vel multitudo distenderet, Deus aliam induceret ad credendum.

Ad ecclesiam autem errare nec est possibilitas in Deo nec in creatura. Ista magis distende et has que sunt fidei deduc magis quam ratione.

Sicut supra orandum quod sit pro perseverantia eterni divini propositi, nam quamvis immutabile vel immutabiliter evenirent effectus et immutabiliter eternaliter proposuit, tamen contingenter. Et potest numquam proposuisse eque contingenter, sicut una creatura mutabilis etc ut supra.

Numquid orandum sit pro Dei influenza generali. Et videtur || quod sic, quia in solius Dei potestate est et contingens et multotiens videmus extra cursum communem nature contingere hominem mala et subita et insolita morte mori. Et de facto oramus *proterve nascentibus* etc. Item de influenza generali regratiamur Deo in psalmo *si dicebam: motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat*. Duo puncta: unum speculativum, totam seriem contingentium ad divinum velle, ut alibi etc., alterum morale pene totum mundum moraliter et practice ire post PELAGIUM per superbiam etc.

P2 184v

---

2 contingens] igitur *add. sed del. P1*      7 ecclesiam] *sup. lin. P1*      11 esto] tamen *add. sed del. P2*      14 vel] beatitudo *add. sed del. P2*      15 aliam] etiam *add. sed del. P2*      16 autem] non *add. sed del. P2*      18 sicut] supra *add. sed del. P2*      supra] similiter *P2*      quod] *sup. lin. P1*      28 adiuuabat] me *add. P2*      29 speculativum] o *add. sed del. P1* ; scilicet *add. P2*      ut alibi] *sup. lin. P1*      30 etc.] aliter *add. sed del. P2*      et practice] *sup. lin. P1*